

psis expresse tribuere. Neque ipsos unquam pœnitent, nisi
 fraudis forte non callide satis susceptæ, ipsosmet tamen va-
 riis formis indutos sæpenumero ad pœnitentiam homines
 incitasse omnium seculorum testatur historia (a). Idque ipsum
 est primum plerumque, quo organa sua commendant, -uti
 huc ideo Sevennenses b) quoque referunt Theologi. Ne-
 que iis *mutatio mentis* eorum, qui aliquando illorum fuerant,
 perspicui nequit. *Peccatorum agnitionem* certe & *contritionem* ma-
 ximam, ac desperabundam etiam, qui ex maligno erat, *) Ca- *) Gen. IV,
 in testabatur. Piosque docent tentationes Satanæ, quam pro- 13. 1. Joh.
 nus sit ad illa suggerenda. FIDEM autem ulli concedere nun- III, 12.
 quam suscipiet. Atque fidei mysterium diabolis videtur ab- De Fide
 ditissimum. Neque tamen *scutum* illud, †) quod toties igni- †) Ephes.
 tis ejus tellis objicitur, incognitum plane ipsi esse poterit. VI, 16.
 Cumque noscat eam *promissionibus* Divinis niti, inde est, quod
 illas aut in ludibrium vertere tentet, aut ad firmandam quasi
ωλγοφροσιν signa postulare instiget, ut olim mœchantem secum
 Phariseorum *) gentem. Nec ergo latet ipsum, fidem esse *) Matth.
 quæ vires †) dat fortiter ipsi *resistendi* ipsumque *fugandi*. Qua XII, 39.
 sicut exiit ipsius imago, sic imago Divina reducitur. Ex †) 1. Pet.
 qua, velut ex ungue leonem *DEI servos* agnoscit & in statum V, 9. Jac.
 gratiæ restitutos. Quam ei notitiam DEUS ipse haud obscu- IV, 7.
 re tribuit, iterato dicens: *) *Annon animum advertisti ad servum* *) Job. I,
meum Hiob, quod non sit similis illi in terra, vir integer & rectus, ti- 8. II, 3.
mens DEVM & recedens a malo? Et quamvis dissimulare velit su-
 perbus hostis animadversionem illius, responsione tamen satis
 prodit, quam sollicitè ipsum noscere studuerit. Ut inde ad
 verba Satanæ, cum is ad DEVM revertisset, & unde veniret,
 quærenti, antiquam responsionem *circuivi terram* regessisset,
 non male annotet tributus Origeni Commentarius c): *Subti-*
liter fingis o diabole, humiliationem tuam tegis, confusionem tuam mi-
nime deponis, quod a luto conculcatus fueris, quod a terra devictus,
quod a pulvere fueris superatus. Lutum enim & pulvis & terra est
Job propter terrenum corpus. Certe, dum ait Satan: Nam gratis De bonis
timet Job DEVM? monstrat, se probe nosse vera BONA O operibus.
 PERA non esse, quæ non procedant ex vera scaturigine, in

D

DEI